CAPVT VIII.

De cõſeruatione autem earum, & communiter & ſeorſum de vniuſcuiuſque conſequens eſt vt dicamus. Illud ergo ante omnia patet, quòd ſi ſciamus per quæ corrumpuntur reſpublicæ, ſcimus etiam per quæ conſeruantur. contrariorum enim cõtrarij effectus: corruptioni autem conſeruatio eſt cõtraria. In illis igitur rebuſpublicis quæ laudabiliter permiſtæ ac tẽperatę ſunt, illud eſt diligenter obſeruãdum, ne quid ex legibus inſtitutíſque moueatur, maximéque ab eo cauẽdum, quòd paulatim repit. latet enim corruptio, quia non tanta ſimul fit: decipitúrque mens ab illis, vt ſophiſtica illa ratio, ſi vnumquodque puſillum, & omnia, hoc autem eſt vt ſit, & eſt vt non. totum enim & omnia non puſillum, ſed compoſita ex puſillis. vna igitur cuſtodia aduerſus hoc principium eſt opponenda. Deinde non confidere his quæ finguntur quodammodo, & adumbrantur ad populum: reprobantur enim ex ipſis operibus. qualia verò dicamus rerum publicarum figmenta, ſuperius eſt oſtenſum. Intueri licet quaſdam reſpublicas durare non ſolum ex optimatibus, verumetiam ex paucorum potentiis, nõ quia per ſe ipſæ ſtabiles ſint, ſed quia hi qui gubernant, rectè ſe gerunt, tam erga eos qui ſunt extra rempublicam, quàm erga eos qui in reipublicæ gubernatione verſantur. Erga eos quidem qui non participes ſunt gubernationis, non afficiendo ipſos iniuriis, ac præſtantiores ipſorum ad participationem reipublicæ recipiendo, cupidóſque honoris non deprimendo, neque multitudinem ſuis commodis fraudando. Erga illos verò, qui ſocij in gubernanda republica ſunt, humanè inuicem ac populariter ſe gerendo. æqualitas enim illa, quæ in populari ſtatu affectatur, ea in ſimilibus non ſolùm iuſta eſt, verum etiam vtilis. Quamobrẽ ſi plures ſint in gubernatione reipublicæ conſtituti, eis per multa popularium inſtitutorum vtilia ſunt: ceu ſemeſtres eſſe magiſtratus, vt omnes qui ſimiles ſunt, adipiſci valeant. ſunt enim tanquam populus quidam illi, qui inter ſe pares ac ſimiles ſunt. itaque in illis frequenter exiſtunt, velut duces quidem populi, vt prius diximus. Deinde minus in potentias incidunt paucorum gubernationes & optimates. non enim ſimiliter facile eſt latere malè agentem in breui tempore magiſtratus & in longo. nam ob hoc, in paucorum gubernationibus, & popularibus tyrannides ſunt.

Κεφάλαιον η.

A Περὶ δὲ σωτηρίας καὶ κοινῇ καὶ χωρὶς ἑκάστης πολιτείας, ἐχόμενόν ἐστιν εἰπεῖν. πρῶτον μὲν οὖν δῆλον ὅτι, εἴπερ ἔχομεν δι' ὧν φθείρονται αἱ πολιτεῖαι, ἔχομεν καὶ δι' ὧν σώζονται· τῶν γὰρ ἐναντίων τὰ ἐναντία ποιητικά· φθορὰ δὲ, σωτηρία ἐναντίον. ἐν μὲν οὖν ταῖς εὖ κεκραμέναις πολιτείαις, ὥσπερ ἄλλό τι δεῖ τηρεῖν, ὅπως μηδὲν παρανομῶσι· B καὶ μάλιστα τὸ μικρὸν φυλάττειν· λανθάνει γὰρ ἐπεισδύουσα ἡ παράβασις, ὥσπερ τὰς οὐσίας αἱ μικραὶ δαπάναι δαπανῶσι, πολλάκις γινόμεναι. λανθάνει δὲ ἡ μετάβασις, διὰ τὸ μὴ ἀθρόα γίγνεσθαι. παραλογίζεται γὰρ ἡ διάνοια ὑπ' αὐτῶν, ὥσπερ ὁ σοφιστικὸς λόγος· εἰ ἕκαστον μικρὸν, καὶ πάντα. τοῦτο δ' ἔστι μὲν ὥς, ἔστι δ' ὡς οὔ· τὸ γὰρ ὅλον, καὶ τὰ C πάντα, οὐ μικρὸν, ἀλλὰ σύγκειται ἐκ μικρῶν. μίαν μὲν οὖν φυλακὴν πρὸς ταύτην τὴν ἀρχὴν δεῖ ποιεῖσθαι· ἔπειτα μὴ πιστεύειν τοῖς σοφίσματος χάριν πρὸς τὸ πλῆθος συγκειμένοις· ἐξελέγχεται γὰρ ὑπὸ τῶν ἔργων. ποῖα δὲ λέγομεν τῶν πολιτειῶν σοφίσματα, πρότερον εἴρηται. ἔτι δ' ὁρᾶν, ὅτι ἔνιαι μένουσιν οὐ μόνον ἀριστοκρατίαι, ἀλλὰ καὶ ὀλιγαρχίαι, οὐ διὰ τὸ ἀσφαλεῖς εἶναι τὰς πολι- D τείας, ἀλλὰ διὰ τὸ εὖ χρῆσθαι τοὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς γινομένους, καὶ τοῖς ἔξω τῆς πολιτείας, καὶ τοῖς ἐν τῷ πολιτεύματι· τοὺς μὲν μὴ μετέχοντας, τῷ μὴ ἀδικεῖν, καὶ τῷ τοὺς ἡγεμονικοὺς αὐτῶν εἰσάγειν εἰς τὴν πολιτείαν· καὶ τοὺς μὲν φιλοτίμους μὴ ἀδικεῖν εἰς ἀτιμίαν, τοὺς δὲ πολλοὺς εἰς κέρδος· πρὸς αὐτοὺς δὲ καὶ τοὺς μετέχοντας, τῷ χρῆσθαι ἀλλήλοις δημοτι- E κῶς. ὃ γὰρ ἐπὶ τοῦ πλήθους ζητοῦσιν οἱ δημοτικοὶ τὸ ἴσον, τοῦτ' ἐπὶ τῶν ὁμοίων οὐ μόνον δίκαιον, ἀλλὰ καὶ συμφέρον ἐστί. διὸ ἐὰν πλείους ὦσιν ἐν τῷ πολιτεύματι, πολλὰ συμφέρει τῶν δημοτικῶν νομοθετημάτων· οἷον, τὸ ἑξαμήνους τὰς ἀρχὰς εἶναι, ἵνα πάντες οἱ ὅμοιοι μετέχωσιν· ἔστι γὰρ ὥσπερ δῆμος ἤδη οἱ ὅμοιοι. διὸ καὶ ἐν τούτοις ἐγγίγνονται δημα- F γωγοὶ πολλάκις, ὥσπερ εἴρηται πρότερον. ἔπειθ' ἧττον εἰς δυναστείας ἐμπίπτουσιν αἱ ὀλιγαρχίαι καὶ ἀριστοκρατίαι. οὐ γὰρ ὁμοίως ῥᾴδιον κακουργῆσαι ὀλίγον χρόνον ἄρχοντας, καὶ πολύν· ἐπεὶ διὰ τοῦτο ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις καὶ δημοκρατίαις γίγνονται τυραννίδες.

ἢ γὰρ οἱ